Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Psalterium - Cod. St. Peter perg. 27

Colmar (?), [15. Jh.]

Antiphonen

urn:nbn:de:bsz:31-27742

Visual Library

Deus qui das iumentis escam ipsorum et pullis
corvorum invocantibus te da nobis per inter-
cessionem beate dorothee virginis et martiris
tue desideria nostra et eterne vite
sufficientiam. Per. De sancta katherina

Vox ecclesie et cor in laude summi re-
demptoris coniugat eius fideles cuius
mediante gratia martir et virgo
katherina felix clamore hora matutina
erit obvia sponso qui sedet super cherubin
certa videndo lumen absconsum ferendo sertum
rose et lilii cum triumpho martirii
evasit minas tortorum. O beata virgo
ora nunc precatibus supplicum tuorum

Deus qui dedisti legem moysi in summitate
montis synay et in eodem loco corpus beate
katherine virginis et martiris tue per
sanctos angelos tuos mirabiliter collocasti tribue
quesumus ut eius meritis et precibus ad montem
qui christus est pervenire valeamus. Qui

In vigilia natalis domini ad completorium super psalmos antiffen
Completi sunt dies marie ut pariet
filium suum primogenitum. Zu nunc
Ecce completa sunt omnia que dicta sunt
per angelum de virgine maria. Zuo completorium super psalmos
antiffen Natus est nobis hodie salvator
qui est christus dominus in civitate david
Ecce virgo concipiet et pariet filium
et vocabitur nomen eius emanuel
Ecce ancilla domini fiat mi ~~sm~~ secundum verbum
tuum Corde et ore christo canamus gloriam
in hac sacra solempnitate precelse genitricis
dei marie